



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive  
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel  
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam  
insignium memoriam in menses diesque ...**

**Nádasi, János**

**Antverpiae, 1665**

XVI. Die Martii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9625**

P. BERNARDINVS  
CASTORIUS.

Italus Rom.  
mz 15. Mar.  
1644. 21. 89.  
Professi 4.  
votorum  
anno 50.

**M**Agnes in egregia erga Deum fiducia vir, quando illo Lugdunensis Provinciae Praeposito anno 1594 Societas e pluribus Galliae Collegijs in exilium pulsâ est, quando illo Veterae domus Prof. Praeposito, anno

1606, inde Societas pedem extulit, non nisi anno 1617. reditura. Felicior illi fuit rectio Romæ Germanici Vngarique Collegij per ipsos 31. annos, magna cum dignitate, amore ac earum nationum fructu. Temperantiae virtute planè eximius, & prudentiâ longis experimentis partâ dulcique caritatis nectare conditâ, ita ut nec disciplinam laxaret, & tamen amaret, vicissimque ab omniibus amaretur.

## XVI. DIE MARTII.

P. IOANNES  
CARRERA.

Hispanus  
Complut.  
16. Mar. 1577  
Soc. 6.

Vacatio.

**M**agni homo corporis, viriumque olim inter Complutenses Academias iuvenes celebratarum, inquit in hist. huius anni Sachinus numero 137. cuius verbis reliqua etiam adscribo. Cum Deo ausus, dæmonique luctari maiore lucro, quam hunc vicerat, victus ab illo est. Cum enim Deo ad suo vocanti castri pertinaciter repugnaret, ad suos aliquando reuersus (erat oriundus ex oppido, cui nomen Val de Oliuas) vidisse dæmonem dicitur per fenestram in cubiculum in quo erat, irrupisse monstrosa specie, & horrendâ: idque cum existimaret tempus suam ostendendi, & animi, & virium magnitudinem, stricto ferro tam diu cum larua cerasasse, donec abegerit; Verum tantum quamvis victori relictum horrorem, ut statim Complutum repetens cesserit Deo, & in gremium perfugevit Societatis. Sex annos in ea vixit apprimè solers, & utilis in regendis pœnitentium animis, in opinione præstantis virtutis. Quæ opinio anno 1570. non parum est aucta, cum ex-

tractum è sepulchro eius capitur. Mariæque Mendozae Collegij Complutensis fundatrici concilium, dum terra, quæ adhæserat detergitus, cerebro prorsus incolumiæ vegeto repertum est. Res minime dubia, aut obscura fuit. Quippe extractum è craniô cerebrum, & in patina expositum, plurimi accurrere spectatum, ac præceteris Vallesius medendi arte nobilis: qui pronunciauit sanè eam corporis partem, quæ vitiani celerrimè consuevit, annis tredecim durare integrum sine opinione miraculi nequivisse, præsertim cum haud perinde incolumes partes reliquæ persistissent. Celebrat & Orlandinus anno 1551. à num. 51. quandam Ioannem Carraram, qui semel auditam Stradæ Concionem, totam ad verbum è fideli memoria repetit, quique Angelo suo Custodi familiari, ab eo manè ad orandum excitabatur quotidie, illo consultore vsus in dubijs ut amico. Is postea in Florida, & Mexico utiliter laborauit, de quo 7. Ian. dixi.

*Angulus  
Custos.  
Mane sup-  
gendum:*

P. AN-

P. ANTONIVS IOANNE S T I  
CORDESES.

BALDUS COADIUT.

Hispanus  
Hispani. 16.  
Mar 1. O.

Predicatio.

Casus.

**C**Vm Gandiae p̄æcesset Rector, so-  
ciis peste tactis seruuit, & mor-  
tuos sepeluit. Infantem à mortuæ  
Matri vberibus abstactam, obuiæ  
fœminæ honoratæ, quæ suum infan-  
tem tunc lactabat, lactandam dedit,  
& periculi à paruula è rati loco licet  
extraetâ securam esse iussit. Educavit  
illa infantem incolumis. Catharinæ  
Texedæ B. Ioannis Texedæ sorori  
persuasit, ut pestilentium Nosocomij  
p̄æfecturam susciperet; incolumem  
fore pollicitus: & sic euenit. Barcino-  
nae iam Provincialis, iterum peste  
contracto cuidam è socijs Sacra-  
menta ministravit. Putatur primam inno-  
centiam, nullâ grauiore noxâ macu-  
lasse. Lasciviam fœminam, quæ se  
ægram illi peccata fateri velle simula-  
bat flagitium flagitantem, non vni  
vistatâ nos semel in Societate arte de-  
terrunt, cum otio ad latrinam cubicu-  
larem secedendi petito, & impetrato,  
castas manus, & faciem sordibus illis  
ita perunxit, ut illa ei ad innocentem  
fugam vltro iter aperuerit. Duas iam  
horas orando duxerat cum socij è le-  
cto consurgerent. Nunquam turba-  
ri visus, etiam crure ter fracto.  
Sterili cuidam matrimonio Hispani  
prolem masculam ex vero prædixit.  
Luc ab ijs quos consitentes audie-  
bat haustâ decessat, domus Professæ  
Præpositus.

**I**N Italia, & Hispania, licet alias  
parum pius, tamen semper aliquem  
pietatis igniculum fouebat erga Dei-  
param, cuiusque amore, die quopiam  
à carnibus abstinebat singulis hebdo-  
midis. Sæpè illi veniebat in mentem,  
ut vel vitalicentiâ, vel insigni sancti-  
moniâ valde excelleret, mediocribus  
non contentus. Quoties aspiciebat  
imaginem Matri Dñi, ab illa vide-  
batur sibi aspici atque redargui. Vnde  
rubore suffusus, oculos demittebat.  
Aliquando cum plenus irâ rueret in  
exitium, visa est eius lateri Deipara,  
quæ aiebat. *Quid uadis? Ne dubita fili.*  
Et ita periculo est erectus. Precibus  
ad eandem fusis, nil timebat dæmo-  
nem, qui ei per measem integrum spe-  
ctabilis, horrido, ut piagi solet, alpe-  
stu quotidie apparebat. Aiebat se à  
Deipara nullam vñquam repulsam  
passum in ijs quæ petierat. Hæc pri-  
ma scintilla magnum in illo postea se  
plus æquo cruciandi desiderium ac-  
cedit. In quadragésima sub meridiem  
tenui iuscuso, & pane contentus, vñ-  
peri nihil penitus admittebat. Ita iam  
perpurgatus ab omni vitæ liberioris  
licentia, Societatem imperrauit. In  
tyrocinio inter assiduos culinæ labores  
fluebant illi vbertim perennes lachry-  
mæ, quod se olim adeò scleratum,  
non in inferno, sed in loco tam sancto  
videret. Quocirca monebatur à Ma-  
gistro, ut abstersis lachrymis lætiores  
de amore Dei cogitationes susciperet.  
Cum vasa valetudinarij elueret, sen-  
tiebat se mirâ quadam flagrantia odo-  
ruo afflari. Cum diuinam synaxim  
perciperet, totus erat in delicijs Dei  
sef

Ital. R.  
m. 16. Mil.  
1626.  
xstat 61.  
Sod. 17.

B.V.

Image.

Mortifici

Vocat.

Huc.

T.V.

Hamilita.

Euchar.

sese Purgato illi pectori infundentis: videbaturque sibi tōto eo die os lacte plenum habere.

Examens.

Aliquando vna cuia cæteris tyronibus examen suæ conscientiae insti-tuenti Christus velut ad accipiendas cōfessiones in sede compositus, Ioanni ea in quibus defecrat, suggerebat: horribatur ut se in illis emendareret; remedijs quoque adhibitis, quæ illi explicabat, Ioanne interea mille delicijs delibato, & dicente: non amplius, Domine, non amplius: quia emorior. Dixit illi Christus: Fili, si dubitas in re quapiam, dīc tua Superiori: & fac id quod ille te docuerit.

Obed.

In Professorum Domo socius coco-datus, inter lauandum videbatur sibi videre Christum specie longè pulcherrimā, qui Ioannem laborantem aspergētū amabili intuebatur. At Ioannes, vita sua anteactæ memor, illicē in lachrymas soluebatur. Tum eum vehementer quædam animi perturbatio inuasit, adeò ut non ē culina solum sed etiam ē Societate se proripere cogitaret. Quare ducto profundo suspicio, Iesu, aiebat, Iesu bone, ne me defere, & tum vicinus illi Iesus velut adstans, Habe fidem, dicebat, quid ego sim Saluator tuus: & cognosce tuam superbiā, ac scito quid sine me nihil possis facere. Fleuit profundā humilitate sese quis esset agnoscens Ioannes: neque deinde vñquam tentatus est in vocatione. Oculos, quos Recineti orando ac flendo prope iam perdidērat, Laureti ad B.V. supplex recepit repente sanos: & ibidem institutā peccatorum anteactæ vitæ confessione ad singula propè verba lachrymarum plenus, etiam in illo de peccatis dolore, cælestē quoddam gaudium sentiebat.

Vocatio.

Humilitas.

B.V.

Morbus.

summis de cælo solatijs recteari.

A fructibus, sale, atque alijs condimentis abstinebat: surgebatque à mensa, Romæ cū Ianitorem ageret, nunquam, ne pane quidem, satur; & cilicio rigido accinctus. Litanias Laurentanas manū semel, semel item vesperi recitabat; & vt eis efficacitatem adderet ad imperrandum, tam manū quam vesperi flagris se inclementer cædebat. Aiebat vero experimento sibi constare, se amore Dei longè plura posse perferre incommoda & dolores quād alias existimari: neque tamen agebat quicquam, nisi facultate obtentā. Eiusdem amoris igne adeò vrebatur, vt iam inde à tyrocinio, ac deinceps, optauerit fuisse summus in seculo nobilitate, ac opibus, idcirco tantum ut amore Dei maiora posset relinquare. Cæterū Coadiutoris gradum, ac humilitatem magni faciebat; coque se demittebat infra omnes. Famulum se Societati, imd seruum exhibebat; nolebat tamen haberi, nisi instar mancipij. Benignam esse Societatem erga suos Coadiutores; adeoque negabat se dignum ijs quæ illi exhibebantur; nec admittebat, nisi quibus egebatur.

Officio suo accuratè fungebatur: conabaturque ne quam horulæ aliqui particulam deperderet, idcirco facile otium reperiebat coronis DEFARÆ, ac Litanis eiusdem & officio recitando; adiectis etiam alijs varijs Litanis.

Hac sui demissione, pietate, mortificatione se præparabat ad mensam Angelicam ter singulis hebdomadis adeundam: eamque adibat nunquam sine lachrymis à tenero corde fluentibus.

Si tentans dæmon illi ea obiectaret quæ ad commoditates corporis pertinebant, illicē renouabat votum paupertatis; si ea quæ ad puritatem spe-

Mortific.

B.V.

Mortific.

Amor Dis.

Humilit.

Euch.

Tentat.

Tentat,

Ira.  
Damson.

stant, votum castitatis; si ea quæ animū inflant, votum obedientiæ, atque hac arte coortam tempestatem facile dissipabat.

Recineti, tum adhuc tyro, comitatus est Rectorem Collegij aliquando ad virum nobilem, cuius ceruici velut inæquitantem, & eius capillos tanquam frenum tenentem, ac ei variè illudentem simiam conspicatus, facile aduertit id esse quod illi Rector postea, cùm visam à se simiam ei narraret, explicuit: fuisse nempe simiam illum, imaginem dæmonis nobilem illum ad fouendas cum quodam simulates acriter incitantis. Peruicit tamen illum nobilem postea bonus Deus, ciusque animum tranquillauit.

### MICHAEL BON- FIL. COAD.

Hispanus  
Tarragonæ.  
16. Mar.  
1612.

Euchar.

Nox nati  
Christi.

IN officio suo nec labori, nec diligentiæ parcerat, ad arctam disciplinæ accurationem semper attenus, & Nouitorum exemplar, cùm in domo probationis habitarer. Incredibile est quanti fecerit institutum Societatis, & Coadiutorum felicitatem. Multam noctis partem agebat in oratione Dei, interdiu verò coram SS. Sacramento: à quo percepto, ibat in singultus, & lacrymas sub duobus tribulue sacrificijs, quibus pro actione graviarum intererat. Constat, & in Aragonia Prouinciae elogis consignata fama est, quod quidam Christi nascientis nocte, dum diuino sacrificio interesset, ex altari vna hostiæ diuinæ particula diuinitus vtrò ad os Michaelis perlata sit, quam ille velut è Cælo sibi porrectam sumperserit.

### P. FRANCISCUS PAGLIA COAD.

*Silens Lu-*  
*agris manu pretij colligebat, pertenui*  
*ad necessarium viatura sibi seruatâ*  
*particulâ, pauperibus erogabat. Ocu-*  
*los adeò in disciplina tenebat, ut ne-*  
*ciret ubi domi esset fornix, vel tabu-*  
*latum, cùm oculos non efferret. Per*  
*iplos 30. annos coqui officium gessit*  
*accuratè. Cùm Româ de Coadiuto-*  
*rum pileis abrogatis rumor percre-*  
*buit, Franciscus vtrò citra strepitum,*  
*illum Beatissimæ Virgini Matri offe-*  
*rens, illicè depositus.*

### P. IOANNES BREBEVF.

*Gallus in*  
*noua Fras-*  
*cia. 16. Mar.*  
*1649.*  
*zat. 16.*  
*Soc. 12.*  
*Eidet.*  
*Pat. 1.*  
*Hun-*  
*Ame-*  
*Caf. 1.*  
*Ven-*  
*B. V.*

**A** pud Hurones in noua Francia permultum laborauit ab anno 1626. Irruentibus in Hurones Christianos Iroquois, fugam oblatam non admisit, vñà cum. P. Gabriele Lallemant, ne suas oues desererent. Dum inter Christianos, ac barbaros Ethnicos arderet prælium, hi duo animas expiabant, alter baptismi, alter pœnitentiæ Sacramento. Captis ergo, atque nudatis Ioanni & Gabrieli, euulsi sunt vngues aliquot, & inficta sudibus verbera per singulas corporis partes; P. Ioanne ad Christianos ita dicente: *Filiij, dum patimur; sursum in celum ocu-los eleuemus. Videt hoc remunerator Deus. Moriamur fortes in fide. Gloria erit ater- na.* Tum illi præcisæ manus, os con- tusum lapidibus, lingua adusta. Vtrique sub alas, & ad renes, ab igne can- dentes secures admotæ; ignita è collo appensa collaria, è quibus candentes secures pendebant; adiectum cingu- lum

lum æcēsum è pice & resinatis cor-  
ticibus; Ioanne interea , fortissimo si-  
lentio, stante inter flamas immoto,  
velut in extasi. Tum loqui cælestia,  
quæ poterat , incipienti os obseptum  
circulo , labra concerpta , truncatus  
nasus. In baptismi opprobrium , &  
imitamentum, vterque aquâ bulliente  
perfusus totus , obiectantibus barba-  
ris; debere sic eos baptizari, quod sine  
baptismo nulla sit salus. Antequam  
ferali palo alligarentur, palum vterque  
amplexus est , & oscularus. Mox Io-  
anni detracta superior pellis è vertice  
capitis, amputati pedes , caro è coxis  
ad ossa usq; aulsa, mandibula securi  
diffissa, ferro vstæ plagiæ ; utriusque dis-  
sectum generosum pectus , euulsum  
cor nobile , atque à barbaris denora-  
tum. Ioannes ed appulsus neminem  
ibi reperit Christianum; moriens verò  
reliquit facile septem millia. Decem  
annis ante mortem, voto nuncupato,  
& quotidie renouato , spondonit; se  
in singulis quæ ageret, id quod perfe-  
ctius esse intelligerer, curaturum. Diu,  
& sèpè flagrabat desiderio ea omnia  
quæ unquam ulli Martyres passi sunt  
patiendi. Vedit admirandi splendoris  
regiam , eamque ijs paratam esse fa-  
ctus est certior, qui ob amorem Dei  
in casis humilibus habitarent. Castitas  
illi semper ut illa pupilla oculi, eti-  
am in illo regno nudæ liberaeque libi-  
dinis. Dæmonem fœminæ specie per-  
sonatum, & ad illecebras inuitantem,  
silentio, ac signo crucis fugauit. Infer-  
num se malle aiebat, quā vel unum  
veniale peccatum; quia illud Christo  
dispicet, estque unicum malum Dei  
& hominum. Quodam die percussus  
à barbaris, vesperi gratias agebat Deo:  
& videre sibi visus est Beatissimam  
Virginem tribus in pectus defixis ensi-  
bus doloris plenam; audiuitque in cor-  
loquentis Dei vocem quā ininuitabatur  
ad B. Virginem imitandam; quippe

quæ semper fuerit conformis volun-  
tati Dei. Quocirca votum concepit  
coram SSS. Trinitate, Beatissimâ Vir-  
gine, & S. Iosepho, ac demum coram  
omnibus Sanctis , & particulatim cor-  
am SS. Ignatio atque Xauerio, se, vbi  
id per obedientiam licuerit non de-  
clinaturum, si martyrij occasio quæ-  
piam offerretur. In Beatissimâ Virgi-  
nis sacello inter comprecandum vidi  
in suis ac sociorum vestibus maculas  
sanguineas. Dæmones illi leonum, vr-  
forumque instar conspecti; homines  
item armati, atque minaces. 23. Au-  
gusti post recitatas B. Virginis Litanias  
vidit cateruas dæmonum, qui illum  
deuoratur videbantur; sed nihil po-  
tuere. Mortem aliás ita ut pingi solet  
coram se conspexit, quæ illi, furiae in-  
star, spiculum minaciter intentabat.  
Sèpè illum Beatissima Deipara , S.Io-  
seph, Angeli, Sanctique alij inuisere.  
Editum quoque montem spectauit  
Sanctis vndique cooperatum; in cuius  
vertice Sanctorum omnium Regina  
sedebat. Aliás vel solâ Deiparæ veste,  
aut eius vestis orâ, conspectâ, sentie-  
bat se lumine quodam perfundi: nec  
audebat oculos ad ipsam eius vultus  
maiestatem attollere. In exercitijs an-  
ni 1634. Christum spectauit spinis co-  
ronatum; audiuitque dicentem: Habe-  
bis deinceps unicinum spiritus in verbis  
tuis. Alias cor sibi velut oleo perungi  
sentiebat. Diuinitatem meditans,  
Christum videbat, audiebatque do-  
centem, atque monentem. Inde in  
Christi corde mirificè acquiescens ex-  
ardescet in Deum. Anno 1640. 27.  
Maij sub festa Pentecostes vesperi sub  
examine vidit ferè per Psalmi quin-  
quagesimi recitati spacium rosam co-  
lore pulcherrimam : sentiebat se in  
arcano pectoris valde accendi , &  
mirè omnia circumquaque ardere.  
Sèpè Christum spectauit in lumine,  
sèpius in cruce, vel cum cruce; quam

Mortis.

Sancti.

B. V.

Christus.  
Coronatus  
spina.

Lingua.

Cor.

Examen.

T 2 Chri-

Cruis.  
Pati.

Christus etiam in Ioannis humeros deponebat. Tunc benè, aiebat, sperabo de mea salute, cùm se mihi dede-  
rint occasiones patiendi quām pluri-  
mæ. Apud populos Neutros, anno  
1640. in hieme asperrima crux vastæ  
molis illi obiecta ex ea parte quæ ad  
Hiroquæos erat. Sæpè videbat inter  
orandum vesperi permultas cruces.  
*Lectio spiriti.*

Obid.

Mortific.  
Oratio.

Auditâ intus voce; tolle, lege; manè  
aperto Thomæ à Kempis libello inci-  
dit in caput *de via regia Sanctæ crucis*.  
Inde illi mirum in modum tranquilla-  
pax, & lux inter tot aduersa diluxit.  
Sæpè arcana cordium introspectit, &  
futura præuidit. Optabat in tyrocinio  
fieri temporalis adiutor. Aiebat; se  
alieno nutu non minus suaviter duci  
quām parvulus sedear in sinu matris  
sue. Domi agebat sæpè coquum, ser-  
uum, mancipium: dies illi torus la-  
borum plenius, noctu verò erat perno-  
ctans in oratione Dei. Quotidie in  
se flagris scuiebat: atque ad orandum  
non minus accurate se præparabat

quām si tunc primū orandi artem  
condisceret.

### P. IOANNES RISERIVS.

**M**Agnes in Hollandia sudoribus  
gloriosam operam fidei Catho-  
licæ collocauit, inter perpetua capitis  
pericula, plurimis ad Orthodoxam  
Religionem adiunctis. Deprehensus  
est aliquando sanguineo & aqueo su-  
dore perfusus cùm in arcta cista re-  
conditus Prætorem evasit. Virum no-  
bilem, cui iam mors proxima timeba-  
tur ab apostemate, quod guttur obse-  
derat, signo crucis signauit in gutture,  
& vix digresso Ioanne apostema dis-  
ruptum est, ægro postridie planè in  
columi. Eius sudore quo affluere post  
concionem solebat, nescio vnde acqui-  
sito, tuber cuiusdam illitum breui  
euauisse fama fuit.

*Belga Ant-  
werpia. 16.  
Mat. 650.*

*Sudor san-  
guineus.*

*Sudor.*

*Fides.*

*Hispan-  
ia in A-  
Mar. stat.  
Soc. 1.*

*Liber-*

*Conci-*

## XVII. DIE MARTII.

### P. FERDINANDVS GOMEZ.

17. Mart.  
Lusitanus  
Mexici. 1610  
Soc. 36.

*Mons.*

**E** Mexicanus Curione Societatis or-  
perarius indefessus, ac patientiâ  
Charitateque præstans factus est,  
exemplo singulare. Enim verò (in-  
quiunt literæ Mexicanæ) Deus optimus  
maximus qui tam præclaris cum  
ornamentis condecorauit in vita, sig-  
nis etiam mirabilibus illustrauit post  
mortem: quemadmodum Dominica-  
ni Ordinis Religiosus testabatur, qui  
sequenti ab obitu Ferdinandi luce, sibi  
videre visus est ex nostri Collegij te-  
studine candidam leuari nubem, atque  
orientem versus tendere, tum sealæ

instar ad calum ferri: quæ ille ge-  
stienti præ gaudio animi spectans,  
cùm Patrem Ferdinandum expirasse  
intellexit, magnâ erga eius sanctita-  
tem veneratione cœpit moueri.

### P. GABRIEL LALLEMANT.

**P**Ioannis Brebeuf per 6. menses in  
Apostolicis apud Hurones labo-  
ribus, ac tormentis fidelis socius. Pa-  
risijs patrio sanguine natus, tener  
corpo, innocens animo, promptus  
ingenio, se diuino amori frequenter in  
holocaustum dicabat, id à Deo vnicè  
flagitans, ne quem è sua familia peri-  
re

*Gallus ibid.  
17. Mar.  
1649.  
xrat. 59.  
Soc. 19.*

*charitati.*